

\*fitz. Terra  
quod inter-  
est

\*itura. Quod interest ibi, tenet Arabes Orei. Sic finē usq; in Adiabene perfert. Ab ea transuersis iugis inclusa, latitudinē in læua pandit ad Cyrum annē trās uersa in Araxē: longitudinē uero ad minorem usque Armeniam, Absaro amne in pontum defluente, & Pariedris montibus (qui fundūt Absarum) discreta ab illa. Cyrus oritur in Heniochys montibus, quos alij Coraxicos uocauerunt, Araxes eodē monte quo Euphrates vi. M. pas. interuallo: auctusq; amne Musi, & ipse (ut plures existimauerunt) à Cyro defertur in Caspium mare. Oppida celebrantur in minore, Casarea, Aza, Nicopolis: in maiore Arsamote Euphrati proximū, Tigri Carcathiocerta, ī excelsis autem Tigranocerta, & in campis iuxta Araxē Artaxata. Vniuersa magnitudinē Ausdus quinquagies cētena M. prodidit. Claudius Cæsar longitudinem à Dascusa ad cōfinium Caspij maris xlii. M. pass. latitudinem dimidiū eius, à Tigranocerta ad Iberiā. Diuiditur (quod certum est) in præfecturas quas ij strategias uocant, quasdam ex ijs uel singula regna quondam, barbaris nominibus cxx. Claudunt eam ab oriente montes, sed non statim Ceraunij, nec Adiabene regio. Quod interest spatij, Sopheni tenent: ab his iuga: ultra Adiabeni tenent. Per conualles autem proximi Armeniæ sunt Menobardi, & Moscheni. Adiabenen Tigris & montium sinus cingunt. Ab læua eius regio Medorum est, & prospectus Caspij maris. Ex oceano. hoc (ut suo loco dicemus) infunditur, totumque Caucasus montibus cingitur. Horum incolæ per cōfinium Armeniæ nunc dicuntur.

## Albania, Iberia.

CAP. X.

10 Lanitiem omnem à Cyro usq;, Albanorū gens tenet: mox Iberum, discreta ab ijs amne Alazone, in Cyrum è Caucasus montibus defluente. Prualēt oppida Albanæ Cabalica, Iberiæ Harmastis iuxta flumen, Neoris: regio Thastæ, & Triare usq; ad Partedoros montes. Ultra sunt Colchicæ solitudines: quarū à latere ad Ceraunios uerso, Armenochalybes habitant, & Moschorū tractus ad Iberum amnem in Cyrum defluentē: & infra eos Sacassani, & deinde Macrones ad flumen Absarum. Sic plana ac deuexa obtinentur. Rursus ab Albanæ cōfinio, tota montium fronte, gentes Syluorum fera, & infra Lubienorum, mox Diduri & Sodij.

## Portæ Caucasie.

CAP. XI.

15 A B ijs sūt portæ Caucasie, magno errore à multis Caspia dictæ, ingēs naturæ opus, montibus interruptis repente, ubi fores obdita ferratis trabibus, subter medias amne Dyriodori fluente, citraq; ī rupe castello (quæ uocatur Cumania) cōmunito ad arcēdas trāsitu gētes innumeras: ibi loci terrarum orbe portis discluso, ex aduerso maxime Harmastis oppidi Iberū, à portis Caucasus per mōtes Gordy eos Walli, Suarni idomitæ gētes, auri tātū metalla fodiūt. Ab ijs ad Pōtū usq; Heniochorū plura genera, mox Achaorum. Ita se habet terrarū sinus è clarissimis.

Aliqui inter Pontū & Caspiū mare ccc. lxxv. M. pas. non amplius interesse tradiderunt, Cornelius Nepos cl. M. Tantis iterum angustijs infestatur Asia. Claudius Cæsar à Cymmerio Bosphoro ad Caspium mare cl. M. prodidit: eaq; perfodere excogitasse Nicatorē Seleucum, quo tempore ab Ptolemæo Cerauno sit interfectus. A portis Caucasus ad Pontum cc. M. passuum esse constat fere.

## Insulæ in Ponto.

CAP. XII.

10 Insulæ in Pōto \*Planeta, siue Cyanea, siue Symplegades. Deīde Apollonia Thynnias dicta, ut distingueretur ab ea, q̄ est ī Europa. Distat à cōtinēti pass. M. cingitur tribus M. Et contra Pharnaceam Chalceritis, quā Græci Ariā dixerūt, sacrāq; Marti, et in ea uolucres cū aduenis pugnasse, pinnarū iactu.

## Gentes in Scythico oceano.

CAP. XIII.

20 Vnc oibus quæ sunt interiora Asiæ dictis, Riphæo mōtes trāscedat animus, dexteraq; littore oceani īcedat. Tribus hic è partibus calli alluēs Asiā, Scythicus à septētrione, ab oriēte Eous, à meridie Indicus uocatur, uarieq; p̄ sinus & accolas in cōplura noīa diuiditur. Verū Asiæ quoq; magna portio apposita septētrioni, iniuria sideris rigētis uastitas solitudines habet. Ab extremo aquilone ad initiū oriētis astini Scythæ sunt. Extra eos ultraq; aquilonis initia Hyperboreos aliqui posuere, pluribus in Europa dictos. Primū inde nascitur promotoriū Celticæ Lytarmis, fluius Carambucis, ubi lassata cū siderū ni Riphæorū montiū deficiunt iuga. Ibiq; Arimphæos quosdā accepimus, haud dissimilem Hyperboreis gentē. Sedes illis nemora, alimēta bacca, capillus iuxta fœminis uirisq; in probro existimatur, ritus clementes. Itaq; sacros haberi narrant, inuiolatosq; esse etiam feris accolarū populis: nec ipsos modo, sed illos etiā qui ad eos perfugerint. Ultra eos plane iam Scythæ, Cimmerici, Cisianthi, Georgi, & Amazonū gens. Hæc usq; ad Caspium & Hyrcanium mare. Nanque id erumpit Scythico oceano in auersa Asia, pluribus nominibus accollarum appellatum, celeberrimis duobus Caspio & Hyrcano. Non minus hoc esse q̄ Pontum Euxinum Clitarchus putat. Eratosthenes ponit & mensurā: ab exortu ad meridiem, per Cadusia & Albanæ orā quinquies, M. cccc. stad. Inde per Aratiaticos, Amarbos, Hyrcanos, ad ostium Zoni fluminis, quater M. d. ccc. stad. Ab eo ad ostium Iaxartis, M. cccc. Quæ summa efficit quindecies cētena lxxv. M. pass. Artemidorus hinc detrahit xxxv. M. pas. Agrippa Caspium mare, gentesq; quæ circa sunt, & cū his Armeniā determinans, ab oriente oceano Serico, & ab occidente Caucasus iugis, à meridie Tauri, à septentrione oceano Scythico, patere qua cognitum est cccc. M. pass. in longitudinē: ccc. M. in latitudinē prodidit. Non desunt uero qui eius maris uniuersum circuitū à freto xxxv. M. pass. tradunt. Irrumpit autē arcētis faucibus in longitudinē spatiosis. At ubi cœpit in latitudinē pandi, lunatis obliquatur cornibus: uelut ad

\* Planeta

f lut ad